



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117786**

§. 30. Epistola S. Basillii ad S. Epiphanium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

§. XXX.

Sæculum IV.  
A. C. 376.

## Epistola S. Basili ad S. Epiphanius.

Quamvis S. Basilus S. Meletii amicus *Bas. ep. 325.*

Quesset apertus, tamen S. Epiphanio non erat inimicus, sed magnam ei habebat reverentiam, & tanquam sui temporis rarum Charitatis exemplum venerabatur. Dum in sua epistola de divisione Ecclesiæ Antiochenæ loquitur, cur Meletio adhærebat, ita rationem reddit: *cum Venerabilis Meletius Constantii tempore pro veritate primus pugnaverit, & mea Ecclesia cum ipso communicarit, in hac Communione permanendum duxi, speroque cum Divina Gratia usque in finem perseveraturum.* Nam Beatus Papa Athanasius, cum Alexandria Antiochiam venisset, communionem ejus recipere firmiter statuerat, nisi malignum quorumdam consilium obstisset, suadentium, ut hanc unionem in aliud tempus differret; quod magno Ecclesia malo factum. Eorum, qui posterius advenerunt, adhucdum neminem ad nostram Communionem recepimus, non quod eos credamus indignos, sed quod nihil sit, cur sic Meletium damnemus. Multa quidem contra eos fama ad nos attulit, sed non creditur famæ, quia utramque partem præsentes non audivimus, secundum id quod scripsitum est; nunquid Lex nostra judicat ho- *Jo. 7. 51.*

P. 1100.

*Hist. Eccles. Tom. IV. Kk mi-*

Sæculum IV. minem, nisi prius audierit, Rem animo tua  
 A. C. 376. pacifico dignam faceres, Frater admodum  
 venerabilis! si non hinc congreges, & inde  
 separe, sed separatos ad eos, qui ante con-  
 juncti erant, reduceres. Cæterum max-  
 imo mihi solatio fuit, quod scripseris, ne-  
 pe ut bonum, & exactum Theologum di-  
 cet, necessarium esse, tres Hypostases con-  
 teri. Idem ergo fratres nostros Antioche-  
 nos doce, imo jam factum hoc esse non de-  
 bito, non enim eorum receperisses Com-  
 missionem, nisi fuisses de eorum fide, praefe-  
 tis circa hunc articulum, certus. Sub  
 fratribus Antiochenis, qui posterius ve-  
 nerunt, S. Basilus Paulinum, & forte V.  
 talem denotat.

Deinde S. Epiphanius respondet circa  
 quemdam populum, de cuius rebus ede-  
 Epiph. ex. ceri petierat, verosimiliter in hunc fi-  
 pos. fid. n. nem, ut ejus in suo Tractatu de Hære-  
 13. bus mentionem faceret, prout etiam pa-  
 cis verbis fecit. Hi erant Magi, seu Ma-  
 jusii, quod nomen adhucdum in Oriente  
 retinent; *Hos magno numero habemus*,  
 inquit S. Basilius: *in tota nostra patria*  
*dispersos, qui olim ex locis Babyloni vi-*  
*nis ad nos delati. Aliis vivunt moribus*  
*ab cæteris hominibus separati. Tam an-*  
*ete Dæmonis captivitate tenentur, ut in*  
*colloquendi nulla pateat via. Non libri*  
*non Doctores habent, sed consuetudine con-*  
*tra rationem sanam educantur, quam de-*  
*progen*

progenie in progeniem servant. Hoc om-  
nium oculis patet, quod animalia occidere  
<sup>A. C. 376.</sup>  
exborrescant, quippe ea in usum suum ab  
alii, quam suæ Religionis, hominibus, occidi  
procurant. Eorum matrimonia bonis mo-  
ribus adversantur. Ignem, & quidquid  
igni haud multum absimile est, pro Deo  
habent. Hucusque necdum dixerunt no-  
bis, quod Abrabami genus sint, sed quem-  
dam ZARNUA Gentis suæ auctorem credunt.  
Plura tibi de his referre non possum. Qui  
hodie in illis Regionibus peregrinati sunt,  
referunt, adhucdum in Persia ignis ado-  
ratores inveniri, qui suum Legislatorem  
ZERDUST appellant. Hi Gaures, seu Par-  
ses dicuntur.

Piet. Val. let.  
18. dec. 1617.

### §. XXXI.

#### S. Basili contra Occidentales querelæ.

Sanctus Basilus ferre non poterat, quod Ep. 321. p.  
S. Meletii, & S. Eusebii Samosateni fa- 1094.

ma apud Pontificem proscinderetur. Hac  
super re ad Petrum Alexandrinum, adhuc  
dum Romæ existentem, scripsit in hunc  
modum: vebementer doleo, quod frater no-  
ster Dorotheus non ea, qua par fuit, animi  
moderatione tibi locutus fuerit. Ubi rediit,  
narravit mibi, quæ tecum colloquia, præ-  
sente Admodum Venerabili Damaso Episco-  
po, miscuerit, & non parum me affixit,  
dum retulit, quod admodum Sancti Confra-  
tres nostri Meletius, & Eusebius Ariano-

Kk 2

rum